

15 Quae agrei quae loco aedificia publica preivatave | Thermensium maiorum Pisidarum intra fineis | eorum sunt fueruntve L. Marcio Sex. Iulio  
 20 cos.7, | quaeque insulae eorum sunt fueruntve ieiis | consulibus, qui supra scriptei sunt, quodque | earum rerum ieiis consulibus iei habuerunt | possederunt usei fructeique<sup>8</sup> sunt, quae de ieiis rebus | locata non sunt,  
 25 utei antea habeant possideant; quaeque | de ieiis rebus agreis locis aedificiis locata sunt, ac ne | locentur sancitum est sanctione, quae facta | est ex lege rogata L. Gellio Cn. Lentulo cos., ea omnia | Thermesum maiores Pisidae habeant possideant, | ieiisque rebus locis agreis aedificiis utantur  
 30 fruantur | ita, utei ante Mitridatis bellum, quod primum | fuit<sup>9</sup>, habuerunt possederunt usei fructeique sunt. |

Quae Thermensium maiorum Pisidarum publica | preivatave praeter loca[ta]<sup>10</sup> agros aedificia sunt | fueruntve ante bellum Mitridatis, quod primum | factum est, quodque earum rerum iei antea | habuerunt possederunt usei fructeique sunt, | quod eius ipsei sua voluntate ab se non abalienarunt, | ea omnia Thermensium maiorum Pisidarum, utei sunt | fuerunt, ita sunt, 35  
 itemque ieiis ea omnia | habere possidere utei fructeique liceto. |

Col. II Quos Thermenses maiores Pisidae leiberos servosve || bello Mitridatis  
 5 amiserunt, magistratus prove | magistratu, quonia de ea re iuris dictio erit, quoque | de ea re in ious aditum erit, ita de ea re ious | deicunto iudicia recuperationes danto, utei iei eos recuperare possint. |

Nei quis magistratus prove magistratu legatus neve | quis alius meilites in oppidum Thermesum maiorum | Pisidarum agrumve Thermensium  
 10 maiorum | Pisidarum hiemandi causa introducito, neve | facito, quo quis eo meilites introducat quove ibei | meilites hient, nisi senatus nominatum, utei Thermesum | maiorum Pisidarum in hibernacula meilites | deducantur, decreverit; neve quis magistratus | prove magistratu legatus  
 15 neve quis alius facito | neve inperato, quo quid magis iei dent praebent | ab ieiis auferatur, nisi quod e[os]<sup>11</sup> ex lege Porcia | dare praebere oportet oportebit. |

Quae leges quodque ious quaeque consuetudo L. Marcio | Sex. Iulio  
 20 cos. inter civeis Romanos et Thermenses | maiores Pisidas fuit, eadem leges eidemque ious | eademque consuetudo inter civeis Romanos et | Thermenses maiores Pisidas esto; quodque quibusque | in rebus locis agreis aedificiis oppideis iouris | Thermensium maiorum Pisidarum ieiis consulibus, |  
 25 qui supra scriptei sunt, fuit, quod eius praeter | loca[ta]<sup>12</sup> agros aedificia ipsei sua voluntate ab se non | abalienarunt, idem in eisdem rebus locis agreis | aedificiis oppideis Thermensium maiorum Pisidarum | ious esto;  
 30 et quo minus ea, quae in hoc capite scripta | sunt, ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogatur. |

Quam legem portorieis terrestribus maritumisque | Thermenses maiores Phisidae capiundeis intra suos | fineis deixserint, ea lex ieiis portorieis